REGULAE PATRUM
12. Jh. Seite 129v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tendum est. ut simus illi lapides. de quibus scriptum est. Lapides sancti uoluun
tur super terram. & cum fuerimus uiui lapides. & ex omni parte dolati. edi
ficemur in templum. & simus cum aplis. & prophetis habitaculum dei sem. n̄
manu factū. De Sufferentia tēptationum. Lxi.

BEATVS VIR AIT APOSTOLVS IACOBVS.
qui suffert temptationem. quoniam cum probatus fuerit. accipiet
coronam uitę. quam repromisit deus diligentibus se. Huic simile
est illud in apocalipsy. Esto fidelis usque ad mortem. & dabo tibi coronā uitę.
quam repromisit deus inquit diligentibus se. Aperte ammonens. quia tan
to amplius gaudere in temptationibus oportet. quanto certius claret domi
num his quos diligit maius sepe temptationum pondus imponere. ut sci
licet per temptationum exercicium probentur in fide perfecti. Cum
autem probati sunt ueraciter esse fideles. hoc est perfecti. & integri. in
nullo deficientes. iure accipiant promissam uitę coronam eternę. Duplex
est enim genus temptationis. unum quod decipit. aliud quod probat. Se
cundum hoc quod decipit. scriptum est. nemo cum temptatur dicat. quō
adeo temptatur. Deus enim neminem temptat. secundum illud quod pro
bat. deus temptauit. abraham. De qua temptatione & propheta dominum postu
lans dicit. Proba me domine & tempta me. Scriptum est & alibi. Vasa figuli pro
bat fornax. homines autem iustos temptatio tribulationis. Tribus enim modis
temptatio agitur. suggestione. delectatione. consensu. Suggestione hostis.
delectatione autem uel etiam consensu nostre fragilitatis. cum hoste sugge
rente delectari. aut consentire nolumus peccato. temptatio ipsa nobis aduic
toriam prouenit. quia coronam uitę mereamur accipere. Temptatus est iob
multipliciter. sed neq; possessiones. nec salutem corporis diuino amori prepo
suerat. temptari quidem suggestione hostili potuit. sed consentire uel saltim
delectari peccato nullatenus ualebat. Dixit abbas antonius. abbati pastori. Hoc
est magnum opus hominis. ut culpam suam super se ipsum unusquisq; po
nat coram domino. & petat temptationem usq; ad ultimum uitę suę tempus.
Dicebat quidam senex. Quando non temptamur. tunc magis humiliemur.
quoniam deus sciens infirmitatem nostram proteget nos. Si autem gloriam.
aufert a nobis protectionem suam. & perimus. Narrauerunt de quodam se
ne. quia sedens in cella sua. & sustinens temptationes. uidebat demones mani
feste. & contempnebat eos. Cum autem se diabolus uideret uinci a sene. ue
nit & ostendens se ei dixit. Ego sum xpistus. Videns autem eum senex. clau
sit oculos suos. & dixit ei diabolus. Ego sum xpistus. quare clausisti oculos